

in locis. Ex virgineo ejus lacte aliquid diversimodè pariter in locis asservatur, nominalim verò Assisi, Tolei, Oveti et Parisis. Ejus vestis pars aliqua habetur Romæ, Forolivi in Emilia, Oveti, et Luleiæ in cathedrali Templo. Verùm celeberrima sanè est Deiparæ vestis, quæ Leone primo Imperatore Constantinopoli delata est, et in Blanchernis collocata scribitur. Ex Zonâ Romæ in Sanctâ Mariâ majore in marmoreo fereulo asservatur. Brugenses, Aquisgranenses, et Atrebatenses ex eâ quocumque possidere gloriantur. Constantinopoli templum Pulcheria Sanctissimæ Zone extruxit, in calcopolejo magnifico. Subuculæ duæ extant, altera Aquisgranæ, à Carolo Magno ibi reposita: altera verò Caruati ex Caroli calvi munere asservatur. Tu. y.

## LECTIO 6.

Ex Deiparæ autem velo Assisium, Treveris et Atrebatum habere se aliquid proficiuntur. De vitâ ejus Brugenses habent ex munere cuiusdam Episcopi Lyriæ. Chirotheca enim ejusdem capillis à transmarinis partibus Andomarpolim in Beati Berolini monasterium delata est. Socens Suesione reconditur. Annuli ejus tribus in locis asservantur: unus Perusii in summo templo: alter in Burgundiâ Seminateasi apud Mandubios: tertius in monasterio Aquicinctino, formâ exiguâ in palli ornatus. De Mantica seu perula vitoriarum inventionem recolebatur festum apud Cluniacenses. Fasciæ sepulchræ à Jerosolymis Constantinopolim ad Pulcheriam misse fuere. Domus Virginis è Nazareth Lauretum in Piceno fuit translata. Ex lectulo extat aliquid Romæ in Sanctâ MARIA majore. Peciem cum ejusdem peplo, seu velo Treveris conserva-

tur. Fusus à Pulcheriâ Augustâ in secundo templo à se Deiparæ excitato repositus fuit. Glomus, qui in advaticis in Brabantia oppido Huo, quod est prope Mosem, filo sacris ejusdem Genitricis manibus deducto pressoque inclitus servari dicitur. Sepulchrum in valle Josaphat à Baronio et aliis esse affirmatur. Tu. y.

*Homilia de Comm. pro Duplicib. majoribus.*

## LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Nivellensis à Consiliis.

*Gumpenb. alias mar. 195.*

Extra Nivellam ab antiquo celebris fuit memoria, et magno acursu populî insignis Nostra Domina à Consiliis nuncupata. Sacellum vetustate suâ corruil; sed anno millesimo sexcentesimo vigesimo quinto iterum nobilitas surrexit Gerardi Comitis Grimbergensis sumptibus. Hic consilia petuntur, et inveniuntur nempè in Matre, quæ magni Consilii angelum peperit. Ad eam veniendum est, cum in angustiis versamur, tanquam ad fontem felicitum consiliorum. Tu. Te Matrem.

*Cum Tu. Vesper.*

DIE XXV. AUG.

## TRICUM AUREOLARUM B. M. V.

*Duplez.*

*Oratio.*

Præsta, quasumus, omnipotens Deus, ut qui triplicem Aureolam Beatissimæ Virginis MARIE veneramur, et fidei Martyrum, et puritalis Virginum, et sapientiæ Doctorum, ipsâ intercedente, participes efficiamur. Per Dominum.

*Lect. 1. Noct. de ferid.*

IN II. NOCT.

Ex verbis B. Alberti Magni Ep. *Super Miss. q. 78. et 79.*

## LECTIO 4.

In Beatâ Virgine MARIA fuit Aureola martyrum. Superiores ordines habent proprietates inferiorum cum excellentiâ: sed beatissima Virgo omnium ordinum fuit suprema: ergo habuit aureolam martyrum, quam habent inferiores. Item hæc à nullo illustrium vincitur: sed vinceretur ab aliis, si non haberet aureolam martyrum: ergo habet aureolam martyrum. Item ipsa beata Virgo et super naturam donorum digna effecta, dolores partus quos effugit pariens, illos tempore passionis sustinuit. Ex maternâ compassione viscerum lacrum reparituriens: et quem Deum per navitatem agnovit, illum ut maleficum interfectum videns, tanquam gladio cogitationibus deceptur. Et hoc est: tuam ipsius animam pertransibit gladius. Ex auctoritate patet multipliciter, quod beatissima Virgo gratiam habuit Martyrii, et Aureolam martyrum. Tu.

y. Postus est hic filius tuus in signum cui contradicitur: \* El tuam ipsius animam doloris gladius pertransibit, allel. allel. y. Tuam ergo animam pertransivit vis doloris, ut plusquam Martyrem non immeritò prædicemus.—El tuam.

## LECTIO 5.

In beatissimâ Virgine fuit etiâ Aureola Prædicatorum. Plus est prædicare factò, quam verbo. Beatissima autem Virgo principaliter prædicavit factò: improporcionabiliter autem perfectus est factum, quam verbum: ergo improporcionabiliter perfectus prædicabat Beata Virgo, quam alii: ergo perfectiorem habet Aureolam. Item doctrina prudentium facilis est, sed Beatissima Virgo brevissimè et lucidissimè omnia prædicabilia uno verbo prædicavit, quando dixit in

nuptiis ad ministros, per quos figurantur prædicatores: quæcumque Filius Dei dixerit, facite: qui enim fecerit quæcumque vobis dixerit, omnia prædicabilia implebit. Et itâ Beatissima Virgo uno verbo prædicavit omnia prædicabilia in tali dicto. Tu.

y. Concupiscite ergo sermones meos, diligite illos, et habebitis disciplinam, ut non excidatis: \* Quia venit super me Spiritus Sapientiæ et Intellectus, allel. allel. y. Doctrix enim est disciplinæ Dei, et electrix operum illius.—Quia.

## LECTIO 6.

Habuit quoque Aureolam Virginum. Beatissima Virgo enim dicitur Virgo Virginum, et hujusmodi modo loquendi dicitur, vel nominatur excellentia: ut rosa florum, id est, dignissimus inter flores: vel origo excellentiæ, ut Maria Jacobi, id est, Mater Jacobi: Si igitur dicitur MARIA Virgo Virginum, id est excellentissima inter Virgines, ergo quidquid debetur aliis Virginibus, debetur et excellentibus. Si autem dicitur Virgo Virginum per originem, tum ipsa est Mater Virginum virginitate, et sic erit Mater Virginitatis: ergo Beatissima Virgo improporcionabiliter essentialis se habet ad Virginitatem, quam aliæ Virgines: ergo improporcionabiliter perfectius habebit aureolam super alias Virgines. Tu. y. Virginitas felix, quæ partu è digna Tonantis: \* Quæ meruit Dominum progenerare suum. allel. allel. y. Quæ Dominum peperit, clausa MARIA manet.—Quæ meruit.—Gloria.—Quæ meruit.

IN II. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 7.

c. 17. 1.

In illo tempore: Sublevatis JESUS

oculis in cœlum, dixit: Pater, venit hora: clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episcopi.  
*In Opusc. de Assumpt. inter ejus oper.*

Non pro his anîmè rogo, sed pro his qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut et tu Pater in me, et ego in te: hoc est, ut ipsi sint per gratiam, quod nos sumus per divinitatem. Hæc quippè gratiæ unitas, quæ cunctis in Christum credentibus servatur, MARLE etiã minus sapientium æstimatione non tollitur, quânto magis cum gratiæ unitate ipsa specialitas naturæ unum efficit Matrem et Filium, et Filium et Matrem? Videndum est etiã, quod de his quos secum per gratiam unum esse voluit, consequentèr ad-junxit, ait enim: Pater, quos dedisti mihi, volo, ut ubi ego sum, et illi sint mecum, ut videant claritatem, quam dedisti mihi. Tu. *ÿ.*  
*Bened. Cujus Aureolæ.*

## LECTIO 8.

Q magnam, et inasimabilem bonitatem Dei, qui habere secum suos in gloriã vult, ut suã claritate fruantur, qui hic suã fide junctum unum cum eis esse digni judicantur! Si igitur eos secum habere vult, et hoc potest, quid æstimandum de Matre, ubi digna sit haberi, nisi in præsentia Filii? Tu. *ÿ.*

## LECTIO 9.

Quantum igitur contueor, quantum intelligo, quantum credo, MARLE anima claritate fruitur Christi, et gloriosus conspectibus eum semper videre sitiens, et semper conspiciens, dum inasimabiliter pascitur, excellentiori quãdam, specialique prærogativã à Filio honoratur, possidens in Christo corpus suum,

quod genuit, et clarificatum in dextera Patris, et si non suum per quod genuit, tamèn suum quod genuit. Et quare non suum per quod genuit? Si enim non obviaverit necdum perfecta auctoritas, verè credo, et per quod genuit, quia tanta sanctificatio dignior celo est, quã terrã, quoniam thronus Dei talis, Dei domus, atque tabernaculum Christi, digna est ibi esse, ubi ipse. Tu. Te Matrem.

*Vesperæ sequentis.*

DIE XXVI. AUG.

## SOLEMNITAS SS. CORDIS.

B. MARLE V.

Dupl. 1. Class.

IN I. VESP.

*Ant. 1.* Venite hodiè ad Sanctuarium Domini, ad sacrosanctum Cor Virginis MARLE, quod sanctificavit Deus in æternum, allel.

*Psalmi de solemnitatib.*

2. In Corde purissimo Beata MARLE Virginis Deus Pater regnum dilectionis suæ constituit, allel.

3. Ibi solummodò magnificus est Dominus, locus fluviorum, rivi latissimi et patentes, allel.

4. Fons patens Domui Jacob, de cujus plenitudine nos omnes accepimus, allel.

5. Si quis sitit, veniat ad Cor MARLE, et bibat, allel.

**CAPITULUM. Eccle. 24. 26.**  
Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, et à generationibus meis implemini: Spiritus enim meus super mel dulcis, et hæreditas mea super mel, et favum.

ÿ. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt: Qui enim diligit cordis munditiam, habebit amicum regem, allel. allel. *ÿ.* Beata Mater et intacta Virgo, quæ propter puritatem Cordis tui invenisti gra-

tiam apud Deum. - Qui. - Glor. - Beati.

HYMNUS. 310

JESU MARLE gloria  
Præclara Cordis Virginis,  
Cor in tonat præconia,  
Cor in tonat præconia,  
Nostris adesso canticis.

Miranda Matris viscera,  
Miranda sunt et ubera:  
Regale sed Cor omnibus  
Miraculis præstantius.

Quem sacra paucis mensibus  
Portavit alvus parvulum,  
Hunc Cor pritis sacratiss  
Semperque gestat maximum.

Ave Cor admirabile  
Amore JESU flammæum!  
Te sentiant amabile,  
Qui te colunt Rex cordium.

JESU tibi sit gloria,  
Qui in Corde regnas Virginis,  
Cum Patre et almo Spiritu  
In sempiterna sæcula. Amen.

*Hæc Doxol. dicitur hæc die.*

ÿ. Exultabit Cor meum in Domino, allel.

ÿ. Cantabo Domino, qui bona tribuit mihi, allel.

Ad Magnif. *ant.* Factus est in Corde meo ignis exæstians, et defeci ferre non sustinens ardorem charitatis, quæ diffusa est in Corde meo per Spiritum Sanctum, allel. allel.

*Oratio ut in Laudib.*

*Completor. de Dominis.*

AD MATUTIN.

*Invitator.* Cor MARLE flagrans amore Dei, \* Inflammata cor nostrum amore tui.

HYMNUS. 311.

Corde quid isto sanctius?  
Thesaurus orbis, omnia  
Collata JESU cœlestis  
Servans Dei Mysteria.

Cor sanælitatis formula,  
Cordis fidelis regula:  
Dignum Dei Sacrarium,  
Cubile JESU floridum.

Te candidata lilia,  
Nardus, rosæque fulciant:  
Te mala cœli dulciora  
Amore languens ambiunt.

Sydus micans amantium,  
Sol esto, duxque mentibus:  
Fornax amoris omnium  
Accende flammam cordibus.

JESU, tibi sit gloria,  
Qui in Corde regnas Virginis,  
Cum Patre et almo Spiritu  
In sempiterna sæcula. Amen.

IN I. NOCT.

*Ant. 1.* Benedicta tu, Virgo sacrata, propter humilitatem Cordis sancti tui, allel.

*Psalm. 1.* Beatus Virg. p. 2.

2. In Corde tuo absconde nos, Mater Dei: protegal nos semper dextera tua, allel.

*Psalm. 8.* Domina, Dominus. p. 4.

3. Turris fortitudinis Cortuum, Domina à facie eorum, qui nos persequuntur, allel.

*Psalm. 10.* In Domina. p. 4.

ÿ. Paratum Cor meum, Deus, allel.

ÿ. Ut faciam voluntatem tuam, allel.

De Canticis Canticorum.

LECTIO 1. c. 4. 1.

Quam pulchra es, amica mea, quam pulchra es! Oculi tui columbarum absque eo quod intrinsecus laet...

Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te. Veni de Libano, sponsa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amanæ, de vertice Senir, et Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Vulnerasti cor meum in uno oculo meo turorum, et in uno crine colli tui. Tu.

ÿ Hortus conclusus, soror inæa, hortus conclusus, fons signatus: Absque eo, quod intrinsecus laet in Corde suo, allel. allel. *ÿ.* Fons hortorum, puteus aquarum viven-

tium, que fluunt impetu de Libano.  
—Absque.

LECTIO 2. c. 5. 1.

Veniat dilectus fructus in hortum suum, et comedat framentum poporum suorum. Veni in hortum meum, Soror mea, Sponsa: messui myrrham meam cum aromatibus meis. Comedi favum cum melle meo: bibi vinum cum lacte meo: comedite, amici, et bibite, et inebriamini, carissimi. Ego dormio, et Cor meum vigilat. Tu.

¶ Ego dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera, dilecta cordis mei, et veni, allel. allel. ¶ Ego dormio, dilecte mi, et Cor meum vigilat.—Surge.

LECTIO 3. c. 8. 6.

Pone me, ut signaculum super Cor tuum, ut signaculum super brachium tuum, quia fortis est, ut mors dilectio; dura sicut infernus æmulatio. Lampades ejus, lampades ignis, atque flammæ arum. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Tu.

¶ Introduxit me rex in cellam vinariam, et ordinavit in me charitatem. Fulcite me floribus, et stipate malis, quia amore langueo, allel. allel. ¶ Factus est in Corde meo ignis exstans, et defecte ferre non sustinens.—Fulcite.—Glor.—Introd.

IN III. NOCT.

Ant. 1. Omni custodiâ Virgo Sacrata servavit Cor suum Domino, allel.

Psalm. 17. Diligam te, Domina. p. 20.

2. Delectata est in Domino, et dedit illi petitiones Cordis ejus, allel.

Psalm. 27. Ad te Domina. p. 21.

3. De bono thesauro Cordis sui

profert nobis Virgo omnia bona, allel.

Psalm. 65. Jubilate Dom. p. 33.

¶ Inebriabimur, Domina, ab ubertate Cordis tui, allel.

¶ Et torrente voluptatis tuæ potabis nos, allel.

Sermo S. Bernardini Senensis.

Sermo. 9. de Visit.

LECTIO 4.

Quibus verbis ego homunculus sensus allissimos Virginei Cordis sanctissimo ore prolatus efferam, quibus non sufficit lingua omnium hominum, et etiâ angelorum. Dominus enim ait: bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona. Quis autem inter puros homines melior potest excogitari, quàm illa quæ meruit effici Mater Dei, quæ in Corde et in utero suo ipsum Deum hospitalata est? Quis thesaurus melior, quàm ipse divinus amor, quo fornacem Cor virginis ardens erat? Tu.

¶ Cor meum inflammatum est, et renes mei commutati sunt: concaluit Cor meum intra me, ¶ Quia fortis est, ut mors, delectio, allel. allel. ¶ Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.—Quia.

LECTIO 5.

De hoc igitur Corde, quasi de fornace divini ardoris protulit verba bona, id est, verba ardentissimæ charitatis. Sicut enim à vase summo et optimo vino pleno, non potest exire nisi optimum vinum: aut sicut è fornace summi ardoris non egreditur nisi incendium fervens: sic de Corde Matris Christi exire non potuit verbum nisi summi summæque divini amoris et ardoris. Sapientis Dominae est pauca verba, solida tamen atque sententiosa habere. Tu.

¶ Os meum patet ad vos: Cor meum dilatatum est: ¶ Non ad condemnationem vestram dico, quòd in Corde meo estis ad convivendum, et ad commoriendum, allel.

¶ Ex abundantia Cordis os loquitur: bonus enim homo profert de thesauro cordis sui bona.—Non.

LECTIO 6.

Septem ejus verba secundum septem amoris processus et actus sub miro gradu et ordine prolata sunt, quasi septem flammæ fornacis Cordis ejus. Quæ verba considerans et rumigans mens devota cum ipso Propheta ait: Quàm dulcia faucibus meis, id est omnibus affectibus meis eloquia tua! Porro dulcedo hæc, quam in verbis Beatae Virginis devota mens sentit, est ardor piæ devotionis, quam in eis anima spiritualiter probat. Dicat ergò mens devota: quàm dulcia faucibus meis eloquia tua! Tu.

¶ Vox turturis audita est in terra nostrâ: sonet vox tua in auribus meis. ¶ Vox enim tua dulcis, et facies tua decora, allel. allel. ¶ Quæ habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem team.—Vox enim.—Gloria.—Vox turturis.

IN III. NOCT.

Ant. 1. Odor vitæ de illâ progreditur, et omnis salus de Corde illius securitur, alleluia.

Psalm. 79. Qui regis. p. 37.

2. Spiritus tuus benignus est, et Cor tuum immaculatum benedictionibus plenum, alleluia.

Psalm. 98. Dominus regnavit. p. 42.

3. Tribuat tibi Dominus secundum Cor tuum, et omne consilium tuum confirmet, alleluia.

Psalm. 140. Domina clamavi. p. 31.

¶ Concaluit Cor meum intra me,

alleluia.  
¶ Et in meditatione meâ exardescet ignis, alleluia.

LECTIO 7. c. 2. 15.

In illo tempore: Pasiores loquebantur ad invicem: transeamus usque ad Bethleem. Et reliqua.

Homilia S. Bonaventurae Ep.

In cap. 2. super Lucam.

Invenerunt MARIAM et JOSEPH, et Infantem positum in præsepio. Ideò invenerunt, quia sollicitè quaesierunt, et absque fictione. Et nota, quòd invenitur cum MARIA Virgine, et JOSEPH viro justo, et in præsepio: quia eum qui vult Christum invenire, oportet habere munditiam Cordis respectui sui, humilitatem, et reverentiam respectui Dei. In hoc etiam instrumitur, si volumus Christum invenire, prius ad MARIAM debemus accedere. De ipsâ enim dicitur: invenisti gratiam apud Deum. Tu.

¶ Probasti Cor meum, et visitasti nocte: ¶ Igne me examinasti, et non inventa est in me iniquitas, allel. allel. ¶ Defecit caro mea, et Cor meum, Deus Cordis mei, et pars mea Deus in æternum.—Igne. Benedict. Cujus Cor Sacratissimum.

LECTIO 8.

MARIA autem conservabat omnia verba hæc, confers in Corde suo, tanquam prudens et discreta, secundum illud: misericordia et veritas te non deserant. Circumda eas gutturi tuo, et describe in tabulis cordis tui. Et in Ecclesiastico: qui ponit eas in corde suo, sapiens erit semper. Unde dicitur de fatuo: Cor fatui quasi vas contractum, et omnem sapientiam non tenebit. Tu.

¶ Cor sapiens Virginis intelligitur in sapientiâ, abstinenti se à

peccatis: \* Et in operibus iustitiæ successus habuit, allel. allel.  $\bar{y}$ . Ex toto Corde suo quæsiuit sapientiam, et ex toto Corde dilexit Deum.—Et in.

## LECTIO 9.

Unde Cor Virginis fuit arca continens divinorum eloquiorum arcana: et ideo per arcam Moysis designatur, de qua dicitur, quod continebat tabulas legis divine. Et quia non solum conservabat, sed etiam intelligebat, ideo additur: Conferens in Corde suo, ita ut possit dicere illud: In corde meo abscondi eloquia tua. Tu.

$\bar{y}$ . Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt: \* Qui enim diligit cordis munditiam habebit amicum regem, allel. allel.  $\bar{y}$ . Beata Mater, et intacta Virgo, quæ propter puritatem Cordis tui invenisti gratiam coram Deo.—Qui.—Gloria.—Beati.

Te Matrem.

## AD LAUDES

et per Horas antiphona.

1. Donavit Deus \* Virgini Cor immaculatum, ut coleret eum corde perfecto, alleluia.

*Psalmi de Dominico.*

2. Elegit eam \* Deus, ut sibi in ejus immaculato Corde præpararet habitaculum, allel.

3. In Corde Virginis \* MARLE Deus Pater regnum dilectionis suæ constituit, allel.

4. Prius portavit Virgo Deum per fidem in Corde, quam in ventre credens Angelo, allel.

5. Glorificate \* Cor Virginis omnes legiones angelorum in æternum, allel.

**T** CAPITULUM. *Ecl. 24. 26.*  
Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, et à generationibus meis implemini: Spiritus enim meus

super mel dulcis, et hæreditas mea super mel et favum.

## HYMNUS 312.

Quid Corde Matris Virginis Coli potest sacratius?

Cordi supremi Numinis Quid Corde tanto gratius?

Amoris est miraculum, Triumphus almi Spiritus:

Dignum Deo spectaculum, Jucunda spes mortalibus,

Levamen est lugentibus, Zelator ardens mentium:

Cunctis datum fidelibus Cor, vita, lux, oraculum.

O qualis hæc benignitas!

Nostrum sibi cor abstulit Matris, Patrisque charitas Suumque nobis contulit.

JESU tibi sit gloria

Qui in Corde regnas Virginis,

Cum Patre et almo Spiritu

In sempiterna sæcula. Amen.

$\bar{y}$ . Vernaculus Cordis tui sum ego, allel.

$\bar{y}$ . Minimus in familia tua, allel.

*Ad Benedict. ant.* Et descendit cum eis Nazareth, et erat subditus illis: et Mater ejus conservabat omnia verba hæc conferens in Corde suo, alleluia, allel.

## Oratio.

Deus, qui Beatæ MARLE semper Virginis Cor Sanctissimum spiritalibus gratiæ donis cumulasti, et ad imaginem divini Cordis Filii tui JESU—Christi charitate, et misericordiâ plenum esse voluisti: concede, ut qui hujus dulcissimi Cordis memoriam agimus, fideli virtutum ipsius imitatione Christum in nobis exprimere valeamus. Qui tecum vivit.

## AD PRIMAM.

*Ant.* Donavit. *Capitul.* Transite, de Laudibus.

$\bar{y}$ . *br.* Quæ mitis et humilis Corde fuisti.

## CANON.

Ex D. Bonaventurâ Episcopi.

*Spec. B. V. Lect. 14.*

357. Verè benedicta MARIA propter gratiam Cordis, propter gratiam donorum in Corde, propter quam Cor ejus fuit deliciosissimum, sicut paradissus Dei. Tu.

## AD TERTIAM.

CAPITULUM. *Prov. 23. 15.*

Si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum Cor meum, et exultabunt renes mei, cum locuta fuerint recta labia tua.

$\bar{y}$ . *br.* Audi, filii mi, et esto sapiens. \* Allel. allel.—Audi.  $\bar{y}$ . Et gaudebit tecum cor meum. Allel.—Gloria.—Audi.

$\bar{y}$ . Nunc ergo, filii, audite me, alleluia.

$\bar{y}$ . Beati, qui custodiunt vias meas, allel.

## AD SEXTAM.

CAPITULUM. *Cant. 4. 9.*

Vulnerasti cor meum, Soror mea, Sponsa: vulnerasti Cor meum in uno oculorum tuorum, et in uno crine colli tui.

$\bar{y}$ . *br.* Cor boni consilii, statue tecum. \* Alleluia, alleluia.—Cor.  $\bar{y}$ . Ut audiat sapientiam auris tua.—Alleluia.—Gloria.—Aur.

$\bar{y}$ . Cor ejus erudiet os tuum, alleluia.

$\bar{y}$ . Et labiis tuis addet gratiam, alleluia.

## AD NONAM.

CAPITULUM. *Ecl. 39. 6.*

Cor suum tradidit ad vigilandum diloculo ad Dominum, qui fecit illum, et in conspectu Altissimi deprecabitur.

$\bar{y}$ . *br.* Factum est Cor meum, tanquam cera liquescens. \* Allel. allel.—Factum.  $\bar{y}$ . In medio ventris mei.—Allel.—Glor.—Factum.

$\bar{y}$ . Fulcite me floribus, allel.

$\bar{y}$ . Quia amore langueo, allel.

## IN II. VESP.

*Ant. 1.* Deus meus volui et legem tuam in medio Cordis mei, alleluia.

*Psalmi de solemnitate.*

2. Meditatio Cordis mei in conspectu tuo semper, quia toto Corde exquisivi te, Domine, alleluia.

3. Cor meum et caro mea, defecerunt in Deum vivum, alleluia.

4. Desiderium Cordis mei tribuisti mihi secundum verbum tuum, alleluia.

5. Cor tuum fons patens Domini Jacob, et habitantibus Jerusalem, irrigans omnia intima eorum, alleluia.

## Capitul.

Transite, et  $\bar{y}$ . Beati mundo. ut in 1. Vesp.

## HYMNUS 313.

Ave Cor admirabile, Incomprehensa continens, Vas Angelis inspectabile, Cælestis manna preferens.

Cor aula regum Principis, Cælumque cæli splendidum, Templum superni præsulis, Altare pacis aureum.

Pars nostra, spes et gaudium Cætus nostri gloria, Amor perennis omnium Jungat tibi præcordia.

Cordis Patris mirabilem In corde vitam pingit, Cordisque Matris nobilem In mente formam sculpsit.

JESU tibi sit gloria,

Qui in Corde regnas Virginis, Cum Patre et almo Spiritu

In sempiterna sæcula. Amen.

$\bar{y}$ . Cor meum et caro mea, allel.

$\bar{y}$ . Exultaverunt in Deum vivum, alleluia.

*Ad Magnif. ant.* Exultavit Cor meum in Domino, et exaltatum est cornu meum in Deo salutari meo,

alleluia, allel. *Oratio de Laudibus.  
Completor. de Dominio.*

DIE XXVII. AUG.

**SEPTEM EXCELLENTIAR. B. M. V.**

*Duplex.  
Oratio.*

Presta, quasumus, omnipotens Deus, ut qui gloriosas Excellentias Beatissimæ Virginis MARLE, quas in cælo obtinet, celebramus in terris, ipsis gloriæ participes efficiamur in cælis. Per Dominum.

*Lect. 1. Noct. fer. occur.*

¶ 1. Undè tuum, Mater, generas Natum atque Parentem? Hinc prolem, indè Matrem, hoc Deus, illud humus, allel., allel. ¶ Cujus honore sacro Genitrix transcendis Olympum.—Hinc.

¶ 2. Conderis in solio felix Regina superbo. \* Cingeris et niveis lactea Virgo choris, allel. allel. ¶ Et super astrigeros erigis ora polos.—Cingeris.

¶ 3. Sic juxta genitum Regem Regina percennem, \* Ornata ex partu Mater optima tuo, allel. allel. ¶ Consulibus celsis celsior ipsa sedens.—Ornata.—Gloria.—Ornata.

IN II. NOCT.

Sermo S. Bernardini Senensis.  
*Sem. in exaltatione B. V. M.*

LECTIO 4.

Quanta in paradiso sit gloria Virginis septem Excellentia seu Dignitates, quibus gloriosa refulget, manifestè ostendunt. Prima dicitur maternitas, secunda charitas, tertia conformitas, quarta tranquillitas, quinta capacitas, sexta unitas, septima largitas nominatur. Prima, Maternitas, quæ maxima excellentia est, quod Virgo beata sit Mater Dei: majus est enim, quod ipsa sit Mater Dei, quam quod sit Domina creaturarum Dei. Secun-

da Charitas: omnes nempe ordines, et status gloriæ principaliter distinguuntur secundum superiores, et inferiores rationes divini amoris. Materius igitur amor incomparabiliter transcendere debet omnes alias rationes amoris in Deum, præter illam quæ est in animâ Christi, quæ scilicet fertur realiter in Deum, tanquam in propria personam. Tu. ¶.

LECTIO 5.

Tertia autem dignitas, seu Excellentia Conformitas nominatur. Nam anima Christi et Christus in quantum homo transcendit omnem ordinem puræ creaturæ, seu creatæ creaturæ. Gradus autem Matris conformis est ipsi homini Christo, cujus humanatio in tantum transcendit omnem ordinem primæ conditionis, quod est omnino extra et supra omnem integritatem ordinis universi: propterea non potuit ab universo capi; sed dignitas Maternitatis Dei sic operi Incarnationis comexa est, quod omnino aliter non potuit dari. Quarta Tranquillitas dici potest. Christi enim filialis aspectus ad Matrem singularissimus ac amorosissimus, ac transcendensissimus esse debet, illa quod totam cælestem curiam simul sumptam præter Matrem non debet aspicere sub tali reverentiâ, nec sub ordine talis aspectus seu amoris. Igitur inexplicabile est sub quantâ altitudine, latitudine, et gloriæ infinitate Dei Filius se ingerit Matri. Et consimiliter sub quantâ altitudine, latitudine, et infinitate suscipitur ab eadem. Tu. ¶.

LECTIO 6.

Quinta excellentia est Capacitas. Secundum Dionysium in regno Cælorum omnia inferiorum dona in superioribus in tantâ præexcellen-

de, quotidie gena flectebat. Tu. Te Matrem.

*Vesper. à Capit. sequent.*

DIE XXVIII. AUG.

**B. V. CINCTURAT. DE CONSOLAT.**

*Duplex.*

*Oratio.*

Domine JESU—Christe, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, concede propitius, ut sicut lumbos præcincti purissimam Genitricem tuam sub consolationis, titulo gaudentes veneramus in terris, ita perenni ejusdem consortio perfrui mereamur in celis. Qui viv.

AD MATUTIN.

*Invitator. JESUM pro MARIAM nos consolantem, \* Venite adoremus, alleluia, alleluia.*

*Lectio 1. Noct. de ferid.*

IN II. NOCT.

Sermo S. Bernardini Senensis.  
*Serm. de Nom. Mar.*

LECTIO 4.

Non est facultatis humanæ, dilectissimi fratres, quandiu in hoc mortali corpore vivitur, plenè pertingere ad laudem gloriosæ Virginis Matris Dei, quæ omnium hominum et voces excedit, et superat intellectum. Quis enim mortalium, nisi divino illustratus oraculo, de unâ Dei et hominis Genitrice quicquam modicum, seu grande præsumat edicere: imò non timeat hanc polluti labis nominare, quam Pater misericordiarum, et tante sæcula Deus perpetuum prædestinavit in Virginem dignissimam, Filius præelegit in Matrem, Spiritus Sanctus novæ gratiæ domicilium preparavit? Tu.

LECTIO 5.

*Ex officio proprio.*

Ipsa est præelecta, et dignissima Mater Filii Altissimi, cujus divino

tiâ sunt, quòd quasi nulle est comparatio, nisi sicut est circumferentia ad suum centrum. Cum ergò beata Virgo supra omnem ordinem sit, in tantum, quòd per se faciat ordinem incommunicabilem, sequitur, quòd super omnes inferiores ordines tam angelorum, quam hominum simul sumptorum improprietate est prælata, et quidquid est gloriæ in omni inferiori glorificatâ naturâ tam angelicâ, quam humanâ, multò præexcellens est in Virgine Matre Dei. Sexta Unitas nominatur: quantò enim beati magis uniuertur cum Deo, tantò gloriosiores fiunt in eo. Omnes enim creaturæ simul junctæ non tantum uniuertur Deo, quantum sola Beata Virgo. Septima Largitas dici potest. Duplex enim largitas Beatæ Virgini à Deo donata est: Una gratiæ: altera gloriæ. Tu. ¶.

*Homil. de com. pro Duplicit.*

LECTIO 9.

Comm. B. Virginis Smelecensis.

*Balingh. die 3 de Maj.*

Badoirus cognominatus Pulchro-Barbus Sacellum dictum Deipare Smelecensis propè insulas excavit et dotavit, sacellano in eo collocato, qui ibi certis diebus sacrum quolibet hebdomadâ faceret. Quæ autem occasione id sacellum erexit, habet Historia: cum enim annorum septemdecim spatio incurabilis sanguinis profluvio laborasset, ad quandam Deipare Imaginem in arbore collocatam in eodem loco, ubi postmodum sacellum edificavit, nullis celebrem miraculis se contulit, à quâ et perfectè curatus est. Inter cætera, quod primum accidit, ceterisque occasionem dedit, est de pastoribus, quorum oves ante dictam imaginem, non minus quam ipsi venerabun-

instinctu Sanctis Pontifex et Doctor Ambrosius, postquam Augustinum sacro baptismo explavit, novum hominem novis vestibus induit, cucullaque et cingulo ex corio ipso, ut fertur, præcinxit: hujus autem sacri cinguli ornamentum postea Religio Augustiniana semper gestavit in signum devotionis erga Beatam Virginem MARIAM. Patrem Augustinum piamque Matrem ejus Monicam. Tu. §.

## LECTIO 6.

Indè est, ut, Eugenio quarto approbante, fuerit instituta Societas Cincturatorum Sanctorum Augustini et Monicae, et alia similis sub invocatione Beate MARIE Virginis de Consolatione, quas Gregorius Decimus tertius in unum corpus redegit, ac sodalium Cincturatorum Beate MARIE Virginis voluit appellari: illudque tum Gregorius ipse, tum multi alii ejus Successores innumeris gratis ac privilegiis cumulaverunt. Tu. §.

## IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

## LECTIO 7. c. 1. §2.

In illo tempore: Exclamavit voce magna Elizabeth, et dixit: Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui. Et reliqua.

Homilia S. Vigilii Ep. Tridentini.

Contra Euthychen. libr. 3.

Benedicet te benedictionibus cæli desuper, et benedictionibus terre habentis omnia. Quæ est benedictio cæli, nisi Verbum quod de cælo descendit? et quæ est benedictio terre habentis omnia, nisi Christi caro, quæ de terrâ, id est, de terreno Virginis corpore sumpta est, in quâ omnium spiritualium gratiarum redundat veritas, et totius benedictionis fructus exhu-

berat?... Quæ est terra, quæ fructum benedictionis dedit, nisi MARIA cui dicitur: Benedicta tu, et benedictus fructus ventris tui? Tu.

§. Sub tuum præsidium confugimus, clementissima Virgo, \* Suscipe nos, unica spes nostra, et nostris delectare laudibus, alleluia, allel. §. Quibus indigni omni te laude dignissimam collaudamus. Suscipe.

## LECTIO 8.

Ecce Verbum Dei sicut imber in terram, id est, in gremium sinus MARIE influere dicitur, quam Sancti Spiritus ebrietas fecundatam in germine Domini hori prorumpere faciat, et turgentis alvi pretiosissimum edere fructum. Quod Verbum quia incarnatum (quod est carne indutum) homo esse voluit, nudum et vacuum ad Patrem, à quo fuerat missus reverti non potuit, sed in eodem, quo indutus est corpore, cœlestia penetravit. Lect. 9. Et ideo Pater vacuum ad se dicit non posse reverti, quia nefas est, ex quo in Virginis terram descendit, nudum eum et vacuum confiteri, id est, absque humani corporis naturâ solam ejus adserere Deitatem. Tu.

§. Porta cœli et stella maris es, Virgo MARIA; \* Regis æterni Mater, gratos nos redde Filio tuo, allel. allel. §. Quia omnis virtus et decor, et gloria ex te resplendet. Regis. Gloria. Regis.

## LECTIO 9.

Commemor. B. V. Afflictorum.

Histor. hujus Imag.

In oppido Sart Cameracensis Diocesis colitur quedam Deipara Imago sub titulo Beate Virginis Afflictorum, quæ à quibusdam agricolis initio decemseptimi sæculi, dum terram fodiebant, creditur

inventa. Cum autem eam decenter in arbore collocaissent, sequenti die in eodem loco reperta fuit: quod prodigium similiter duobus aliis vicibus contigit. Indè est, quod Sacellum extractum fuit sacrae Imagini in ipso inventionis loco, ubi, multiplicatis miraculis, Deipara omnibus invocantibus fiebat solatium et protectio. In gallicanis furoribus Sacellum omnino dirutum fuit: Sanctam tamen Imaginem quidam Augustus Harduinus ab ipsis illasas servavit; quæ anno millesimo octingentesimo decimo tertio, novo ipsi excitato Sacello à piâ muliere Vignobili dictâ, fidelium venerationi ingenti omnium gaudio iterum oblata fuit. Tu. Te Matrem.

## AD LAUDES

et per Horas antiphona.

1. Odor vestimentorum \* tuorum sicut odor thuris, allel.
2. Cingulo suo confortavit nos, et potestatem suam dedit in manu nostrâ, allel.
3. Justitia Cingulum \* Junio- rum ejus, et fides Cinctorium ren- num ejus, allel.
4. Myrrha et gutta, et casia à vestimentis tuis, allel.
5. Sentiens vestimentorum \* il- lius fragrantiam benedixit nobis Deus noster, allel.

§. Nunquid obliviscetur Virgo ornamentis suis? allel.

§. Aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? allel.

Ad Bened. ant. Tu veniæ vena, tu gratiæ consolationis Mater, tu spes mundi, exaudi nos clamantes ad te, allel. allel.

## CANON.

Ex Sac. Rituum Congregatione. 6. Aug. 1805. Eremi. S. Aug. 358. Benignè indulgetur, ut

in universo Ordine Eremitarum Sancti Augustini quotannis in festo Beate MARIE Virginis de Consolatione recitari possit Officium proprium cum Missâ. Tu.

Vesp. à capit. ac sequenti.

## DIE XXIX. AUG.

## SS. SEPULCHRI B. MARIE V.

Puplex.

Lect. 1. Noct. de ferid.

## IN II. NOCT.

Sermo S. Joannis Damasceni.

Conc. 1. de Dorm. B. V.

## LECTIO 1.

Tu verò, ò sacrorum sepulchrorum sacratissimum post Domini quidem Sepulchrum, quod vita dedit principium, quod fuit fons resurrectionis (etenim loquar tanquam cum animato), ubi est aurum purum, quod manus Apostolorum in te recorderunt? Ubi sunt divitiæ, quæ consumi nequeunt? Ubi est, qui Deum suscepit, thesaurus? Ubi est mensa animata? Ubi est novus liber, in quo ineffabiliter Deus Verbum inscriptus fuit sine manibus? Ubi est Abyssus gratiæ? Ubi est pelagus curationum? Ubi est valde desiderabile Corpus Deiparæ? Tu. §.

## LECTIO 5.

Quid quæritis in Sepulchro eam, quæ ad cœlestia translata est tabernacula? Cur à me custodiæ rationem expositis? Non licet mihi jussis divinis resistere. Corpus sanctum et sacrum relictis Sindonibus, cum me impertisset sanctificatione, et unguento, benequo odore replevisset, et templum divinum effecisset, abiit rapitum sublime, comitantibus Angelis, et cœlestibus omnibus. Nunc me defendunt Angeli. Nunc divina in me habita gratia. Tu. §.

## LECTIO 6.

Ego evasi officina medicinae aegrotantibus. Ego sum fons perennis curantium. Ego remedium adversus daemones. Ego sum refugium omnibus confugientibus. Fide, populi, accedite, et tanquam ex fluvio haurite charismata, fidem habentes, non hesitantes. Accedite, qui sitilis: venite ad aquam, jubet Isaias, et qui non habetis pecuniam, propterea, emite sine argento. Ex mea natura non habeo gratiam. Sepulchra foetere solent, trisitivam conciliare, laetitiae esse adversa. Ego autem evasi unguentum pretiosum, et boni odoris particeps. Laetitiae fontem excepti hospiti, et dives remansi perenni ejus scaturigine. Tu. p.

## IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthaeum.

## LECTIO 7. c. 27. 37.

In illo tempore: Cum sero factum esset, venit quidam homo dives ab Arimathea, nomine Joseph.

Et reliqua.

Homilia S. Joannis Damasceni.

Orat. 3. in Dom. Dep.

Sepulchrum suum, beata Virgo, ut iis, qui in terris agunt, thalami loco esset, reliquit. Iane verò sepulchrum thalamus est? Ita prorsus, ac thalamo quovis illustrius: non auri splendoribus, non argenti claritate, non lapidum fulgoribus micans, non sericis pannis, et contextis ex auro, et purpuræ vestibus exornatur, sed radiante divinitus splendore sanctissimi Spiritus: non corporum connubium terræ amatoribus, sed iis, qui Spiritu vincunt, animarum sanctarum vitam præbens, scilicet meliorem omnibus, suavioioremque apud Deum statum. Tu. p.

Bened. Cujus Sepulchrum.

## LECTIO 8.

Sepulchrum hoc ipsa Eden formosius est, et re blanditias, quas in illa hostis adhibuit, commemorem, egregium, ut sic loquar, consilium, invidiam, fraudem, remissum Evæ animum, suasionem, dulcem simul atque amaram escam, per quam amisit mente conjugem quoque eâ spoliavit, inobedientiam, exilium, mortem, edisserens, solemnitate trisitivæ argumentum efficiam: hoc Sepulchrum, inquam, ex terrâ mortale corpus ad cælos sublevavit, illa verò ex alto in terram generis nostræ parentem destruxit. Tu. p.

## LECTIO 9.

Sepulchrum hoc antiquo est tabernaculo pretiosius, rationale et animatum, ac divinitus illuminatum candelabrum includens, et mensam vitam ferentem, quæ non panem propositionis, sed cælestem: non ignem materiæ constantem, sed eum, qui materiâ omni superior est, Deitatis nimirum suscepit. Sepulchrum hoc Moyses aræ fortunatius, quod non umbras et figuras, sed veritatem ipsam sortitum est. Recepit enim sinceram, aureamque urnam, quæ cælesti manna produxit: tabulam animalam, quæ Verbum Dei digito, validissimo atque Spiritu, Verbum subsistens incarnatum accepit: aureum thuribulum, quod divinum carbonem peperit, bonoque odore naturam universam replevit. Tu.

Te Matrem.

Ad Benedic. ant. Et erit sepulchrum ejus gloriosum in veneratione fidelibus, in respectu Angelis, in salute languentibus, et in terrore diabolicis, alleluia, alleluia.

Oratio.

Omnipotens sempiternus Deus, qui sanctissimum Sepulchrum vir-

ginali corpore consecratum, gloriosum effecisti: concede propitius: ut qui ejus memoriam celebramus, cum ipsâ Beatissimâ Virgine ad æternam gloriam resurgere possimus. Per Dominum.

CANON.

Ex D. Bonaventurâ Ep.

Spec. B. V. Lect. 2.

359. Hoc «Virginis» Corpus est arca sanctissima Dei, quam decuit non putrefieri, sed adinstar Filii sui ante omnem putrefactionem suscitari. Unde iam de Filio quàm de Matre notabiliter ait Propheta: surge Domine, in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tuæ. Tu. Cum 2. Vesper.

## DIE XXXI. AUG.

## DEPOSIT. ZONÆ B. M. V. ET FASCIAR. PUER. JESU.

Duplex.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut qui benedictam Zonam Beatæ Virginis MARIE, et sacras Unigeniti tui fascias devotè veneramus, et cingulo caritatis præcingi, et fasciis tuæ misericordiæ involvi mereamur, ut ad æternam possimus pervenire lætitiâ. Per eundem.

## AD MATUTIN.

HYMNUS 314. J. M. Caryophil.

Longa incorruptam  
Quod Zonam secula servant.  
Virgo, tibi nova res  
Nihil habet ista novi.  
Integralis, si venter  
Erat quam Zona ligabat,  
Integra res semper  
Integralis erit.

Gloria summa Patri,  
Compar sit gloria Nato:  
Quo peperit Virgo  
Gloria Spiritui. Amen.

Lect. 1. Noct. de fer. occur.

IN III. NOCT.

Sermo Sancti Germani Archiep.

Constantinopolitani.

Encom. in ven. Zona apud Sur.

die 31. Augusti.

LECTIO 4.

Nec existimet aliquis, hoc esse absurdum, ex iis, qui lubenter apprehendunt, si ea tanquam animala alloquamur, et ea bonis verbis et laudibus prosequamur. Si enim vas, quod unguentum vel brevi tempore continuit, eo effuso, diu servat odorem; quid dixerit quispiam de eâ Zonâ, quæ verè melissum et divinum unguentum, purissimum, inquam, et ab omni reprehensione alienum, deparat: corpus diu involvit, et est complexa? Nonne servabit in æternum odorem curantium, et eos, qui cum fide et desiderio ad eam accedant, bono odore implebit? Tu.

p. O Fasciæ et Zona veneranda,

Tribuite sanctificationem, corroborationem, et expiationem iis qui cum desiderio vos colunt et adorant! alle. alle. y. O Zona pretiosa, quæ Deum Verbum, cum esset in utero, involvisit! O fasciæ quæ Deum natum constrinxistis! Trib.

## LECTIO 3.

Et si vas, ut diximus, inanimum, quod inanimum continuit unguentum, scit esse ejus qualitas particeps, et grati odoris: quid dicemus de eâ, quæ propinqua fuit animato Deo habitaculo? Non accurremus? Non supplices humi precidemus? Non purgationem animæ et corporis ab eâ postulabimus? Omnino. Quod vero? Non perinde ac vivum alloquemur, et ei laudum cantica offeremus? Id certè faciemus. O Zona, quæ iis, qui ad te confugiunt, das quidem lumborum

mortificationem ad vitam, animi autem fortitudinem ad virtutum operationem! O Zona, quæ nostræ naturæ imbecillitatem astringis, et roboras, et inimicos nostros tam qui sub aspectu cadunt, quam qui non cadunt, impedis! Tu.

¶ O jucunda Zona, \* Quæ à corruptione aliena Dei Matris summè honesto corpori honestè appropinquasti, et illic industriè incorruptionem, manens illabefacta et aliena ab interitu, alleluia, allel. ¶ O veneranda Zona Dei Matris, accinge lumbos nostros veritate, justitiâ et mansuetudine. — Qcæ.

## LECTIO 6.

Sed quid mihi accidit, ut dum sanctissimo compungerer desiderio, et impetu urgerer orationis, obliviscerer Fasciarum? Non mirum. Dum enim Mater glorificatur, lætatur quoquè et voluptate affectur Filius. Quin etiâ legi cedentes naturæ, ciamsi res sint supra naturam, Matri primum munus obtulimus. Neque omninò id agrè feret, qui est summè bonus Dominus. Cum enim verè homo ex eâ progredi ei visum sit, et ejus appellari filius, non condemnat imprudentiæ, quæ extilit secundum hominem, is qui est summè misericors. Sed factâ mentione fasciarum rursus reverlamur ad illam, quæ Dominum peperit. Ea enim illas suis

sanctis confecit manibus. Tu.

¶ Tuam hæreditatem, ò Intemeratæ Zona intemerata, \* Conserva, rectos fide, salvos vitam, et nullo damno aut injuriâ affectos, alleluia, allel. ¶ Fac nos hæredes æternæ et beatæ vitæ, et hanc nostram vitam interitui obnoxiam conserva. — Conserva. — Gloria. — Conserva.

*Homilia Sindone fecit ut in die 6. Nov. p. 426.*

## LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Marpertanæ:

*Ex ipsius historid.*

Marperito in Hannonia maximè colitur diva Virgo jam à sæculo decimo tertio. Sacellum, in quo nunc sacra Imago extat, anno millesimo quadringentesimo quadagesimo secundo fuit ei excitatum, ac Sanctimonialium Thurensium curæ traditum. Quotidiè fit ad Marperitanam Virginem ingens peregrinorum accursus, sed præcipuè Dominicâ Sanctissimæ Trinitatis ipsi sacrâ, etiâ à dissitis valde locis. Innocentius Undecimus confraternitatem ibi sub Deiparæ Sanctissimæ invocatione fundatam approbavit, ac indulgentiarum thesaurò ditavit. Tu. Te Matrem.

*Ad Benedict. ant.* Circumcinxit eam Zonâ gloriæ, et coronavit eam in vasis virtutis, allel. allel.

*Vesperæ sequentis.*

*Explicit tempus Vitæ gloriosæ.*

## COMMUNE FESTIVITATUM

## B. MARIE V.

1. De hoc Communi sumuntur ea omnia, quæ in Proprio Festivitate non fuerint propria.

2. Psalmi semper dicuntur ut positi sunt in feriali officio, nisi in proprio alii notentur. In Solemnitatibus autem Duplicium primæ et secundæ Classis dicuntur in Vesperis Psalmi, qui infra assignantur, et in Laudibus et in Completorio, et in Dominicâ, excepto Complet. post secundas Vesp. Duplicium secundæ Classis in quo dicuntur ut in feriali officio.

3. Lectiones de Scripturâ, quæ in singulis Communibus habentur, recitantur solâ in Duplicibus majoribus, quibus propriæ non fuerint. In Duplicibus minoribus verò, et in semiduplicibus, dicuntur de ferid occurrentibus pro tempore, nisi aliter notetur.

4. Responsoria, quæ dicuntur in fine Lecticum cyuslibet Nocturni, in Duplicibus primæ et secundæ Classis, repetuntur integra post Gloria Patri usque ad ¶. In aliis verò inferioribus festivitatibus iterantur solum ab asterisco, ut in singulis §§. ordinariè annotatur.

5. In Duplicibus primæ Classis dicuntur tria §§. in tertio Nocturno, et post tertium dicitur Canticum.

Te Matrem. In eisdem Duplicibus dicitur in utrisque Vesperis s. tertium tertii Noctis post Capitulum, et post Gloria Patri. repetitur integrum usque ad ¶.

## PSALMI

Pro 1. Vesperis Duplicium primæ et secundæ Classis. Antiphonæ ut in proprio.

## Psalm. 112.

Laudate pueri Matrem Dei: glorificatæ senes nomen ejus.

Benedicta sit MARIA Mater Christi: ipsi enim est via ad patriam sanctitatis.

Excelsus super cherubim thronus ejus: \* et sedes ejus super cardines caeli.

Super humiles vultus ejus: \* et super confidentes in eâ aspectus illius.

Misericordia ejus super omnem carnem: \* et elemosina illius usque ad extremum terræ.

Gloria Patri.

## Psalm. 116.

Laudate Dominam nostram omnes gentes: \* glorificatæ eam omnes populi.

Quoniam confirmata est super nos gratia, et misericordia ejus: \* et veritas illius permanet in æterno.